

INPICT DICTIO QVARTA

*cur preparatur corpus, & de duobus bonis
verbis.* C A P. I.



IXIT Abuali Abincine: Iam locutus sum in Dictione prima: Si est magisterium. In secunda dixi, si est quid est. In tertia quo modo est: in hac verò dicam cur est. Primum quod dicam cur preparatur corpus. Corpus ideo præparatur, vt spiritus possit cum eo citius coadunari leuius: quia si corpus bene prius non præparetur, nil valeret: non id èo vt tollas fortitudinē nostri lapidis: quia quanuis corpus non præparetur bene coniungeretur, & corpus minus præparamus, vt misceamus cum fermento: & necesse est, vt præparemus: quia si non præparetur, non coniungeretur cum fermento: quia fermentum est purum. Modò dicam qualiter te debes custodire, dum opus facis de malis hominibus, non opereris corā omnibus quando vis indurare mercurium. Mitte in ferro calido, quando sublimas sulphur, aut auripigmentum: nō aperias alutel, donec sit frigidum: & ita facies quando sublimabis sal armoniacum, non remaneat: quia corpus minus quod vis coniungere cum fermento, & fermentum quod non sit sublimatum & induratum, et melle factum bis vel ter: quia hoc est quod dicit Geber: Si lapis noster est

g 5